Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41223
Copyright: Melk, Benediktinerstift



et peccat non tm hoc de se credit, nec vult ab alios credi, et ideo cum tale pe-
catum coam a superiore a alio sibi obicitur tunc negat aut alios multos moris
petum excusat. Nonus gradus superbie est simulata confessio ut cum
peccatum non potest negare tunc fatetur ore sed non consentit cor-
de, aut exterius simulat penam sed in corde nullam habet contricionem
veram de peccato aut displicentiam et si superior suus opprobrio quod fassus
est ipsum punit aut alter aliquam grumeliam sibi per illo irrogatam
statim irascitur frendet et murmurat et exterior sequitur decimus gra-
dus s. rebellio quia spernit et contemnit superiorem suum nolens sibi
obedire et exterior sequitur qui incipit facere propriam voluntatem suam et
hoc est undecimus gradus, et sic incipit impleri desiderium suum in quor-
impletione eum sentit voluptatem et non timet aliquem superiorem fre-
quentat huiusmodi exequorum frequentatione gratur consuetudo peccandi que
est duodecimus gradus per quam consuetudinem non solum homo mor-
tuus est vivo et sepultus est in peccato. Et dicit beatus Bernhardus
quod sicut iustus ascensibus omnibus gradibus humilitatis iam corde alacri et
sine labore pro bona consuetudine currit vitam, sic descensibus pre-
dictis duodecim gradibus superbie impius per malo non se tacere
gubernans non timoris freno retentus intrepidus festinat ad
mortem. Hedij sunt qui fatigantur congruitur qui nunc metu cru-
ciati gehenne nunc prima retardati consuetudine descendendo ut ascen-
dendo laborant. Supremus tamen et infimus currit sine impedimen-
to ac absque labore ad mortem hic, ad vitam ille festinat alter alacrior
alter pigrior, illum alacrem caritas huic pigrum cupiditas facit
in alteo super labor non sentit, in illo denique perfectio caritas
foras mittit timorem, illi veritas huic certitudo dat securitatem
det nobis superbiam declinare et perfectam humilitatem a seipso
discere, qui se huius humilitatis singulariter nobis magistrum
exhibuit dicens discite a me quia mitis sum et humilis corde
Ihesus Xpus dns noster Amen